



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 165. Coronatio Alexandri V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. CLXIV.

Sæcul. XV.
A. C. 1409.*Parisiensium lætitia ob Alexandri V
electionem.*

Vix optatissima electionis Alexandri V Monach. S.
Dionys. l. 19.
c. 32.
fama Parisiis insonuit, jam communis
omnium erat lætitia, cunctique supplica-
tionibus institutis processerunt ad Eccle-
sias, ut Deo pro insigni hoc beneficio de-
bitas grates persolverent, populo interim
undique festivis gratulationibus concla-
mante: *Vivat Alexander Papa.* Præterea
Parisienses in memoriam revocabant,
quod Pontifex in urbis suæ Academia
olim Doctoris laurea decoratus ibidem
Theologiam cum ingenti laude docuisset,
idque novum erat gaudii argumentum.
Rex quoque hac Viri prærogativa mo-
tus, Papam nostrum haud inferiore profe-
cutus est honore, ac si Galliarum indige-
na fuisset, vel ex regio Franciæ sanguine
ortum traxisset.

§. CLXV.

Coronatio Alexandri V. Papæ.

Præstituta die septima Julii, quæ proxi-
ma erat Dominica, Alexander Papa
Tiam accepit, consueta inaugurationis
solemnia supra gradus Ecclesiæ Cathedra-
lis

Sæcul. XV.
A. C. 1409.

lis peragente Cardinale de Salutiis, qui accensa stupa sub verbis: *Sic transit gloria mundi*, juxta morem in ejusmodi functione servari solitum, Pontificis capiti coronam imposuit. In Sacro solempni Sanctum Evangelium Hæbraico, Græco & latino sermone decantatum est. Papa vero absoluta coronatione Pontificalibus indutus publica ac festiva pompa per urbem equo vectus est, eum comitantibus viginti quatuor Cardinalibus, omnibusque Prælatibus, quorum equi albis tegumentis ornati erant. Judæi quoque, ut in illa solemnitate mos fert, in via procedenti Pontifici legis suæ librum offerebant, suorum privilegiorum confirmationem ab illo efflagitantes.

Monstrelet
vol. I.

Montaignu.

Peractis coronationis ceremoniis Papa universam Europam de sui electione certiore reddere non morabatur. Idem etiam Joanni de Orgemontio Parisiensi Episcopo per epistolam a se die octava Julii scriptam denuntiabat. Attamen in tempestiva mors hanc sortem huic Antistiti invidebat, jam enim antequam literæ ad eum delatæ fuissent, die decima quinta ejusdem Mensis e vivis excesserat. Cui Simon de Monte acuto Pictaviensium Episcopus in Sede Parisiensi successit. Hic fratres habebat Archiepiscopum Senonensem, & nominatissimum illum Joannem de Monte acuto Magnifici aulæ

aulæ reglæ magistrum, qui Filium suum Sæcul. XV.
A. C. 1409.
 connubio sociabat Filie Alebreti supre-
 mi Regionum exercituum Præfecti, Filias
 vero suas omnes cum nobilissimis Regni
 Proceribus copulabat. Hujus in interi-
 tum Burgundiæ Dux, & Rex Navarrae,
 jurati ejus inimici conspirarunt, eorum-
 que instinctu atrocissimorum criminum
 accusatus a Petro des Effarts Parisiensi
 Præfecto custodiæ mancipabatur.

§. CLXVI.

*Ultimum supplicium Joannis de Monte-
acuto.*

Ergo examini & tormentis subjectus
 Joannes, quamvis nihil omnino con-
 fiteretur, capitis tamen sententia damna-
 tus est, qua percepta Joannes regia
 æraria a se expilata, & quæcunque alia
 crimina ultro aperuit. Quapropter capi-
 te plectitur, corporis truncus patibulo
 appenditur, & caput abscissum in loco,
 cui nomen Montfalco, palo infixum ex-
 ponitur. Ejus tamen filius Laudonensis
 Vicecomes ob summam, qua pollebat,
 auctoritatem brevi Patris sui memoriam
 pristino honoris splendore illustrabat, ejus-
 que corpus ex altesato loco sub honori-
 fico Sacerdotum comitatu & luminum
 apparatu ad Patres Cælestinos de Mar-
 cassio,